



Die Herzogin
wie in diesen
aufhalten d
für den Herrn
wenn wieder
Erlaubt selb
werden kann

ung des ainalg
fürstlichen
kathol. fahr ig
was aufgesto
in Anse der
genötigt

1/19. Zettel.

III. 11. 15.



IN
NATALES
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI

36
ERNESTI
FRIDERICI, II.

DVCIS SAXONIÆ,
JVLIIACI, CLIVIÆ AC MONTIVM,
ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVII
THVRINGIÆ, MARCHIONIS MISNLIÆ, PRIN-
CIPALI DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIÆ,
COMITIS MARCÆ AC RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ
RAVENSTEINI, ETC. ETC.

POTENTISSIMI REGIS POLONIA-
RVM AQVILÆ CANDIDÆ NEC NON ELECTO-
RALIS PALATINI S. HVBERTI ORDINVM EQVESTRIVM
EQVITIS,

SACRÆ ROM. CÆS. ET REG.
CATHOL. MAIESTATIS GENERALIS
EXCVBIARVM, ETC.


PATRIS PATRIÆ
FELICISSIMI
AVSPICII FAVSTI

HILPERHVSÆ D. XVII. DECEMBR. ANNO P. C. N. MDCCXXXX.
CELEBRATOS

ODEN GENETHLIACAM
HVMIILIMO ANIMO SVMMA DEVOTIONE CVLTV ET SVBMISSO
EXARATAM COMMVNIBVS PLAVSIBVS INSERVIT
GRATVLATVRVS

FRIEDEMANN GVILIELMVS LANGGVTH,
SS. THEOL. ET PHIL. STVDIOSVS.

LITTERIS PENZOLDIS.



VIVat ernestVs rriDerICVs rriInCeps
saXonVM pater patræ!

VEnit ex votis rutilo colore
Carior multo reliquis diebus
Hic dies nobis oriens sereno
Splendet amictu.

In suis omnes animis sagaces
Magna conatu cupidoque volunt,
Læta fidi gaudia moliantur
Vndique cives.

Vestibus festis hilari videntur
Proceres vultu, faciles loquuntur,
Grata facundo meditatur ore
Vota senatus.

Alta votivis resonant precantum
Templa multorum precibus, supremum
Numen implorant juvenes senesque
Cordevocati.

Numen exaudit placida adnuirque
Aure conjunctim precibus profusis;
Pro PATRIS nostri patriæ salutis
Integritate.

Temporum fines regimen beatum
Optat en! quivis sibi tale ad usque,
Quale o! PRINCEPS geris haud ab ullo
Iam superatus.

EDUCVM celsa genitus Parentum
Saxonum DVX progenie, cruento
Et sago & palmis validos fuisse,
Constat aperte.

Rebus Heröes & adhuc habemus
Fortiter gestis celebres; perennis
Fama virtutum monumenta ponit
Lucida ad astra.

Nullus ignorat FRIDERICIANA
Gesta: IOSEPHVM timet Ister omnis,
Omnium quisnam numerare posset
Nomina clara?

Equid infesti tremuere Galli,
Saxonum pugnas lituosque fortes
Profugi laudant, referunt suisque
Prælia sæva.

Saxonum laudes volitant per orbem,
Sponte vicini tribuunt honores,
Quos & extremi populi decorant,
Quid? quod & Indi.

Turbidi Martis tamen haud sequuti
Castra non nulli, populis suisque
Pace tranquilla studiis togatis
Consuluerunt.

Vertit in tristes cineres acerbūm
Civitates, oppida pulchra, bellum,
Atque devastat regionem amœnam
Sanguine fuso.

Salva pax reddit viridis piorum
Teſta, res cunctas quoque ſubditorum
Ditat, agrorum fegetes adauget
Sceptraque munit.

Fortibus gaudet ſapientibusque
Terra præ primis **DVCIBVS** beata
Noſtra, Te, **DVX** Te **FRIDERICE** **FELIX**
Nos veneramur.

Rectius nullus meliusque regnat
Te; die quovis quia Tu ſalutem
Optime curas, regimen tenesque
Ipſe tuorum.

Imminens ſpectis ſapiens periculum,
Ordines ſeryas ſtatuiſque rectos,
Hocque teſtantur regionis omnis
Curia, templa.

De Tuo vultu gravitate blanda
Quilibet tincto bene doctus exit:
Et patet clemens, aditu benigno,
Omnibus auriſ.

Ergo Te cuncti obſequio ac amore
Subditi ſummo mage proſequuntur,
Non necem pro Te fugiunt nefandam
Dira pericla.

Rumpitur crimen ſclerumque turbæ
Supprimuntur, juſtitiaque limes
Pangitur, pœnæ tumidos ſequuntur
Præmia juſtos.

In Tuas terras favor inde cœli
Ponitur multo potius, relapsis
Temporum quondam vicibus, sub æquo
PRINCIPE nostro.

Curat & findit patrios colonus
Sarculis agros reficit domumque,
Sic greges pastor residensque pascit
Lanigerarum.

Vellus abscissum parat artifexque
Falce torpentes refecatque ramos
Inferens, hortos rigat hortulanus,
Mella recondit.

Sospites vitas agimus quietas,
Sub Tuo regno fruimur salute.
Hinc PH ERNESTI solita premis ve-
stigia laude.

Exitu grato propriam domum nam
Dirigens monstros reliquis, ut ipsi
Et suis nunc prospiciant periti
Vera probentque

Terminos caræ patriæ tueris.
Et pio cultu veneraris alnum
Numen; ex voto beat & futura
Prospera cuncta.

Concitus tendis ratione grandi
Exteræ visens regionis oras
Gentium ut mores regimenque verum
Noscere possis.

Asperum longum spatium viarum
Lætus & audax peragens recedis
Civium sanus validus tuorum.
Plausibus altis.

Rebus in tantis comitatur **Almus**
Te, tuos; lenes Zephyri mouentur,
Veris adventū veluti solebant
Ludere ramis.

Obstruit nostros breve post triumphos
Tempus insignis gemitus gementum,
Mœsta perterret pavor ossa pallens
Interiora.

Lugubres horrent facies virorum,
Fœminarum tunc oculi maderant,
Audiebantur sonitus profundi,
Rauca querela.

Incidunt morbum Tua membra nobis
Auro & argento mage gratiora:
Sentiunt Tecum rigidos dolores
Pectora nostra.

Neutiquam nostris precibus resistit
Qui manu cœlos retinet potente,
Artuum vires revocat, salutem
Restituitque.

Accidit nobis nihil hoc in orbe
Suavius, Te nunc iterum renato,
Heus fenes gaudent iuvenes resulant
Mœnia plaudunt.

Erigis multos, opibus relictis
Gratia promptum auxiliumque præbes:
Tutus hinc dormis gremio in tuorum
Nocte dieque.

Tot graves curas, vigiles labores
Allevat **CONIVX CAROLINA SVAVIS**
Omnibus virtutibus exornata
PRINCIPE dignis.

Singuli MATREM patriæ salutant
Et Piam & Largam, Facilem, Venuſtam
Non minus rerumque domesticarum
Ma&te Peritam.

Tradidit Gnatos patriæ PATRIQUE
Melle ſiccato bene dulciores
Eja habet quos deliciis in amplis
Summus adinum.

Iam Tuas laudes canerem ſonoras:
Denegat cantus mihi ſed Thalia
Vltimis fontes tetigi labellis
Vix Heliconis,

Rejicis PRINCEPS celebrate cœptum?
Non: faves certe timidis camœnis;
Nam bonam mentem potius probabis
Quam mea verba.

Plauſibus multis alii poëta
Nomen & laudès cecinere vaſtas
Tot Tuas: vellem novus æmulari
Carmina demum;

Sique Pfizeri doceat diſerta
Muſa me Fleury ſtatuens columnas
Sique Barlæus mihi dictitaret
Verba Maronis.

Sit: Tuum tellus genuit nutrit
Ac avum patrem pariterque memet,
Hinc die feſto pietate ſultas
Sufcipe grates.

Audas Clemens mea vota pura
Nam genus quamvis lyricum notabis;
Hoc quoque Auguſto placuiſſe credas
Teſteque Flacco

Xantus effrenus patiens, vehebat
Hectorem tantum: mihi quis finistram
Vertit in partem? teneris meis quum
Viribus erro.

Osator rerum Domitor supreme!
Sis mihi jam propitior precanti!
Quos habes largos cumulos bonorum
Tribue PATRI.

Nonne confirmas regimen Potentum?
PRINCIPES nostros simul ac Nepotes
Sospites quæso validos senes per
Sæcula serva.

In DUCVM fundas placide daturus
Vera NOSTRO bona quæ videntur
Atque sunt: canam vegetam senectam
Suppeditabis.

Civibus mites animos piosque
Imprimas, ut PRINCIPIS obsequantur
Legibus. Pacem stabili perennem
Dirime bella.

Antequam vultu roseo recedo,
Me Tuæ tradOPATER Exoptate
Gratiæ, Clemens memor esse velis
Forte meorum.



M 239 20

Tresor

1/6/9

J.C.

ND 18

WAT



36

IN
NATALES
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
ERNESTI
FRIDERICI, II.

SAXONIÆ,
SÆ AC MONTIVM,
PHALIÆ, LANDGRAVII
CHIONIS MISNIÆ, PRIN-
COMITIS HENNEBERGIÆ,
RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ
TEINII, ETC. ETC.
I REGIS POLONIA-
DIDÆ NEC NON ELECTO-
ERTI ORDINVM EQVESTRIVM
QVITIS,
CÆS. ET REG.
STATIS GENERALIS
BIARVM, ETC.
PATRIÆ
CISSIMI
SIS FAVSTIS
EMBR. ANNO P. C. N. MDCCXXXX.
LEBRATOS
NETHLIACAM
DEVOTIONE CVLTV ET SVBMISSO
NIBVS FLAVSIBVS INSERVIT
TVLATVRVS
VILIELMVS LANGGVTH,
ET PHIL. STVDIOSVS.
S PENZOLDIS,



JV
AN
TH
C
PO
RV
R
SA
I
F
H

